et si non habet unde possit restituendum, nec
autem potest ea raptor ducere si tamen desco-
operuit stabit minimum. Sexta est
vicium contra naturam quod fit quattuor modis.
Primo sine omni concubitu, ut cum pollu-
cionem procurat, et hec dicitur immundicia siue
mollicies. Secundo quando fit concubitus ad
rem non eiusdem speciei et dicitur bestia-
litas. Tertio quando fit concubitus ad sexum
non debitum et dicitur vicium sodomiticum.
Quarto cum non seruatur naturalis modus concum-
bendi, aut quantum ad instrumentum non debitum
aut quantum ad alios monstruosos aut bestia-
les modos concumbendi. Hec autem omnia contra
naturam peccata sunt que repugnant naturali or-
dini actus venerei. Est autem et
peccatum luxurie quod sacrilegium dicitur, ut
consecratur persone vel res, quamvis non est deturpata
luxurie. Potest enim concurrere cum incestu
vel stupro vel aliis speciebus luxurie.
Et notandum quod inter omnia peccata luxurie
peccatum contra naturam est grauissimum, quia per ipsum
transgreditur homo id quod est secundum naturam constitu-
tum circa actus venereos. Deinde incestus
est grauius peccatum quia est contra naturalem reuerentiam
personis coniunctis debitam. Inter alia vero
peccata fornicacio simplex est minimum
quia fit sine iniuria alterius, et post hec
stuprum, deinde adulterium est grauius
quia maior est iniuria abuti muliere
alterius potestati subiecta ad usum
generacionis quam ad solam custodiam
virginis. Autem aggrauatur per violentiam
raptus, primo hec omnia etiam aggrauantur
per sacrilegium. Inter vicia autem contra naturam
bestialitas est grauissimum, post hec

dexpio

sodomiticum, deinde vero peccatum ex eo quod
non seruatur debitus modus concumbendi,
magis autem si non sit debitum vas
quam si non sit modus debitus, minimum
autem peccatum est mollicies, quia peccatum
magis grauatur ex abusione quam
ex omissione. Octaua autem quod
peccatum luxurie est multum detestabile
quia ex eius appetitu multa vicia
oriuntur et sunt octo. Primum est ceci-
tas mentis, scilicet libidinosa
intentio existit. Secundum est precipitacio
que impedit consilium, luxuria enim suo
impetu consilium tollit. Tercium est inconsideracio
que tollit iudicium racionis, luxurie enim
aufertur per accordacionem iudicii
instare. Quartum est inconstancia que tollit
preceptum racionis de agendis, ex
impetu enim luxurie impeditur homo
ne impleat que decreuerit. Quintum est
amor sui inordinatus, idest appetitus
delectacionis facit hominem se ipsum
nimis diligere. Sextum est odium
dei quia delectacio concupita facit hominem
adeo recedere. Septimum est affectus
presentis seculi, nam quando frui vult
voluptate diligit mundum
nimis in quo huius voluptate fruitur.
Octauum est desperacio futuri seculi,
quia idest nimis desiderat carnales
delectaciones, non curat spirituales sed
fastidit eas. 2a 2e q. 129. ar. 1. 2a 2e q. 129. ar. 1

Magnanimitas

Magnanimus est
qui attendit magnos hono
res sicut quibus dignus est nec
tamen de eis extollitur quia non re
putat eos supra se. Virtus enim
sufficit ad honorandum non potest // homine
ner de honoratibus quia reputat
eos indigne sibi referri. Vnde
est magnanimitas magna
virtus est facit enim hominem tene
re modum circa magnos honores
qui supremum locum tenet inter
res humanas et ideo pars quedam
fortitudinis est importat enim firmitatem
animi circa ardua licet non omnino
circa ardua ut sunt pericula
mortis circa que est fortitudo principaliter
quia et fiducia et securitas ad
magnanimitatem pertinent
sicut et ad fortitudinem. Fiducia
enim importat robur quoddam spei
proveniens ex aliqua consideratione
que facit vehementem opinionem
de bono aliquo assequendo. Magna
nimitas est circa spem ~~...~~ ipse
alicuius ardui et quia securitas
repellit desperationem que spei opponitur
~~...~~ securitas sic et fiducia
ad magnitudinem pertinet. Et non
quod sunt quedam condiciones magnanimi
primo quod non libenter recipit ab
aliis beneficia. 2º quia est ociosus
et tardus scilicet non ingerens se
quibuscumque sed tamen magnis
rebus decentibus. 3º quia non mostrat

// homine ... Λ frangit
si eas recipit
utpote

cum debet
honorem addere

sua magnificentia magis quam ad inferiorem
utilitatem. Sed tamen constitutus in dignitate et
bonis et quia non adulatur alicui nec
se simulat quia talia pertinet ad pusillanim
itatem et quia magnus diligit hones
ta quam utilia. Secunda secunde questio 129

Magnificentia

Dicit factionem alicuius magni
ad extra magnum in quantum prioritate quantitatis
vel dignitatis et quia ad magnum opus
faciendum requiruntur magni sumptus quos
aliquis non potest expendere si nimis a
mat pecuniam ideo magnificus proprie
dicitur qui magna facit per magnos
sumptus excluso a se superfluo
amore pecunie. Et quia sic magni
ficentia tendit in aliquid arduum et
difficile sicut et fortitudo quamvis non
in tantum omnino arduum ideo est pars quedam
integralis fortitudinis. Secunda secunde questio 134 ar. 4.

Maledicere

Est alicui malum optare vel im
precare quod si fiat sub ratione boni puta
sub ratione iusti ut iudex ut cum pena
punitur corporalis vel spiritualis hoc est
licitum. Sed si aliquis imprecet vel optet alicui
malum in quantum malum est hoc est illicitum
et est peccatum mortale secundum suum genus
quia repugnat enim caritati alicui imprecare
vel optare malum ut malum est
potest tamen esse peccatum veniale ut quia malum
quod imprecatur aliquis est parvum ut cum ex

levi motu vel ex studio vel ex sur-
reptione profertur maledictio peccatum non.
verborum maiorum presumitur ex affectu pro-
ferentis. Creaturas autem irrationales ma-
ledicere ut creature dei sunt est blasphe-
mare; si per se eis maledicere vanum
est et pro rebus illicitum. Inquantum tamen ordi-
nantur ad hominem, tunc eis maledicere
quomodo dominus maledixit terre propter
peccatum hominis.

Maleficium

Non fit nisi ex potestate dyaboli
deo permittente. Wyn'. n. non
pro veritate sed pro fictione talia ad-
invenit ut decipiat, et ideo magin
non possunt turbare mentes eorum qui talia
non credunt sed mentes infidelium
et malorum ut dicitur 26. q. v. c. Nec mirum.
Deus enim aliquando talia permittit
ut homines boni firmi sint in fide
et mali qui mendacio credunt pro sua de-
sideria seducantur. Et nota quod
nullo modo licet tollere maleficium
per aliud maleficium, quia nullo modo debet
aliquis demonis auxilium pro male-
ficia invocare, sed maleficiatus debet
primo ad deum recurrere et confiteri ut
maleficium tollatur, ut dicitur 33. q. 1.
Si per sortiarias. De hac materia habes
vocabulo Sortilegium.

Matrimonium

Est viri et mulieris coniunctio
maritalis, scilicet inter legitimas
personas individuam vite consue-
tudinem retinens, et bene dico in-
dividuam, quia coniuges debent sibi
invicem servare fidem ne alteri misceantur
et debent sibi mutuo servire, et sibi
invicem necessaria providere. Et nota
quod matrimonium contrahitur per mutuum
consensum et eorum expressionem per verba
debita vel per signa. Si autem aliquis
dicat verba apta ad matrimonium non animo
contrahendi sed ut carnalem copulam
extorqueat, non est matrimonium, quia non
est mutuus consensus expressus. Decep-
tor tamen si vult vere agere penitentiam
necesse habet illam ducere sine fictione
quantum in eo est simpliciter si potest vel dare
ei virum convenientem vel aliter
satisfacere si habet. Extra de adul.
c. 1. Dicunt tamen quod si sponsus
sit multo melioris condicionis ut
probabiliter appareat quod sponsa non
fuit decepta sed se decipi finxit
non tenetur ad ista, sed si sit equalis
condicionis ut sponsa melioris con-
dicionis tenetur facere quod hic dicitur;
minor fortuna in viro non obstat
ut aliqui dicunt. Sunt autem due
cause principales institutionis matri-
monii, scilicet susceptio sobolis e-
ducande ad cultum dei et vitatio
fornicationis, sed tria sunt bona ipsius:
fides, proles et sacramentum. In fide
attenditur ne cum altero misceatur.
In prole ut amanter suscipiatur

et religiose educetur In sacris
ut coniugium non separetur .s. quod ad
vinculum Nota quod si coniuges co
miserint cum pluribus suscepit vel
quod coactus reddit debitum in hiis
duobus casibus fit sine omni peccato
Sed si fiat cum incontinens ut vi
tande fornicacionis tunc est peccatum
veniale dummodo tale voluptatem
querens nullomodo hoc faceret cum alia
Sed si fiat explatur tande libidinis
est peccatum mortale et hoc quando libido non
sistit intra limites matrimonii
ita .s. quod non adesset uxor eciam
faceret cum alia In sollempnibus
et diebus ieiuniorum licet debitum
non debeat exigi debet tamen reddi nisi
caute et sine periculo adulterii
possit differri Cum tamen exigit
aliquis infirmitate ductus sine ullo
contemptu vel irreverencia temporis non
peccat mortaliter Sciendum vero quod
clam desponsantes contrahens contra interdictum
banna et consuetas sollempnitates pec
cat mortaliter quia facit contra preceptum
ecclesie Et hoc est verum quando non est
ignarus iuris maxime in illis locis
ubi prohibicio ecclesie viget tenetur
Copula autem carnalis post sponsalia
de futuro si fiat affectu fornicario
mortale peccatum est ~~si fiat~~
~~ignarus~~ iuris et ecclesiastice consue
tudinis non est peccatum mortale esset
si non sit ignarus quia tunc est mortale
maxime in illis locis ubi ecclesie

Si autem fiat affectu maritali et persone sint ignare

prohibicio viget Si autem sit quod persona
contrahens de presenti contrahit uxorem ante
benedictionem impediatur peccat mortaliter
si hoc fiet absque dispensacione et hoc
in locis illis ubi consuetum est huius
benedictionem adhibere Item dico si
obmittantur alie consuete sollempni
tates .i. matrimonia tamen regum
principum et aliorum nobilium non
consueverunt in ecclesia bannari

Martirium

Ad martirium pertinet stare
firmiter in veritate et iusticia contra
impetus persequencium et est actus
virtutis Nam bonum hominis quod
virtus conservat consistit in veritate
ut in proprio obiecto et iusticia in proprio
effectu Est autem actus virtutis
que fortitudo dicitur Nam autem persistere
in bono virtutis fidei et iusticie et
ab eo per periculum mortis non recedere
pertinet ad firmitatem animi in bono
virtutis quod quod firmitatem facit
virtus fortitudinis Ymo et actus
maxime perfectionis quia maxime manifes
tat caritatem que est vinculum per
fectionis maiorem enim dilectione
nemo habet quam quod vitam suam pro ex
ponat et in morte terminetur
quam maxime timetur acceptis nichil
.n. in hac vita plus amatur vita
temporali Unde etiam ad perfectionem mar
tirii requiritur mors quia qui morte
non subeunt non dicuntur quod diligit

q̄ ypo se reliquisse ondit / alie
aut pa oes nō fuerunt perfectam racionem
martirii nō in quibus ex eis mors sequitur
martirium et aliquis potest esse tamen per
similitudinem put abstinentia a peccatis mun
tium dicitur. Causa autem martirii est
veritas fidei martirium .i. de testi
ficacione quedam veritatis que est secundum pie
tate. Hec autem est veritas fidei et loquitur
de testificacione nō solum ut fit per verba
sed et per facta. Unde et iohannes baptista nō
pro confessione fidei sed quia reprehensione
q. 110 adulterii fuit martirizatus

Sa. se. q. 110. ar. 1.

Mendacium

Est enim aliquis dicit aliud quam in mente
tenet intencione fallendi. Nam si
aliquis dicat falsum credens esse verum
nō mentitur sed quasi materialiter dicat
falsum. Si vero aliquis dicat verum
credens dicere falsum nichilominus mentitur
quia dicit contra mentem suam loquitur. Quod autem si
aliquis mentiendo alium fallat non
pertinet ad speciem mendacii sed tamen
ad eius quandam eius perfectionem. Est autem
triplex mendacium. scilicet perniciosum
quo intenditur nocumentum alterius / et
iocosum quo intenditur aliquod delectabile
culpa diminuens / et officiosum
quo intenditur bonum utile. Sunt
octo genera mendaciorum. Primum quod
fit in doctrina religionis contra
scilicet doctrina ypocriana. 2m quod alicui
nocet nulli vero prodest / ut mendacium
detractionis vel detractoris vel
falsi testis in causa criminali. Tercium
est quod prodest alicui et nocet alteri ut
mendacium testis in causa pecuniaria. 4m
est quod fit sola libidine mentiendi
et fallendi. 5m quod fit placendi
cupiditate ut est mendacium adulatoris.
Sextum quod nulli obest et prodest
alicui ad evadendum periculum
pecunie. Septimum quod nulli obest
et prodest alicui ad evadendum
periculum persone ut si aliquis mentiatur
nolens prodere quesitum hominem ad
mortem. Octavum est quod nulli obest
et ad hoc prodest ut ab inmundicia
corporali aliquis tueatur / ut quis mentiatur
ne virgo corrumpatur. In hiis
gradibus tanto mendacium est minus
peccatum quanto magis a primo recedit
et tanto gravius quanto magis ad
ipsum accedit. ¶ Et nota quod men
dacium operacionis nunquam potest esse sine
peccato cum .n. voces sint naturaliter
signa conceptuum innaturale est quod enim
eis per mendacium non concordent. No
tandum quod mendacium est peccatum mortale
solum .s. mendacium perniciosum
est peccatum mortale / quia contrariatur di
lectioni dei et proximi / sed iocosum et offi
ciosum sunt secundum se venialia. Mendacium
autem quod de se non nocet sed tamen ex
voto et intencione et dicitur iniuria dei
et proximi ut quod est contrarium religioni
ut in nocumentum alterius quantum ad per
sonam diminuat ut fama sensus
est peccatum mortale quod intenditur
ibi nocumentum proximi. Sunt autem fines

mentem non sit contrarius caritati
tunc non mendacium secundum hanc rationem
est peccatum mortale sicut apparet in
officioso et iocoso. Propter mendacium autem
potest contrariari caritati ratione scandali
ut cuiuscumque damnum subsequatur
et sic etiam est peccatum mortale dum scilicet aliquis non
vereatur propter scandalum publice mentiri
Nec est differentia quantum ad peccatum mendacii
utrum aliquis verbo nudo vel
scripto ut cuicumque mentiatur Sicut
non refert in peccato homicidii utrum
aliquis gladio vel securi interfi-
ciat hominem Nimirum autem homo
pro nulla re debeat mentiri
potest tamen prudenter veritatem oc-
cultare Et notandum quod ille qui pro-
mittit aliquid alteri et postea non
solvit sed animum habet solvendi quando
promittit non mentitur quia non
loquitur contra mentem sed si non solvit
quod promisit tunc infideliter agit
propter hoc quod animum mutavit Excusatur
tamen in duobus casibus ab adimplendo
primus si promisit quod est manifeste
illicitum quia promittendo peccavit
sed mutando benefecit. Secundus est si sit
mutata conditio personarum et
negociorum quia ad hoc quod teneatur
homo facere quod promisit quod omnia in-
mutata permaneant

Meritum

Mereri simpliciter loquendo
homo nihil potest a deo mereri mer-
itum enim dicit recompensationem mercedis pro
modum iustitie distributive Inter deum
enim et hominem non est simpliciter iustum
quia homo totum bonum quod habet a deo habet et
ab eo in infinitum distat et ideo nulla
iustitia potest homo ad a deo mereri Deus
tamen ex sua bonitate dat homini virtu-
tem qua potest ab eo aliquid mereri non ex
se sed ex divina ordinatione Primum autem
est in peccato nullus potest a deo mereri
vitam eternam Nam vitam eternam nullus
potest attingere cum excedat facultatem
nature nisi per gratiam quam caret peccator nullus
et potest mereri vitam eternam nisi exclusa
offensa per gratiam quam peccator caret
Sicut autem non potest mereri vitam
eternam sic nec primam gratiam propter eandem
rationem et etiam ex eo quod dono gratuito
repugnat haberi ex merito Nam si
gratia ex operibus iam gratia non esset
gratia Verum est tamen quod licet opera extra
caritatem facta non valent directe ad
vitam eternam optinendam Valent
tamen ad extremum iudicium supplicium
tollerabilius subeundum ad temporalem
prosperitatem optinendam et ad hoc ut
tremens eorum corda illustrentur ad
veram penitentiam ad assuefactionem
et bonorum operum Et eodem est
quod damnatus non habet in talibus tantum
penam quantam haberet si talia
bona opera non fecerit Immo potest
dici si talia opera non merentur
premium eternale merentur tamen
premium temporale et se disponunt

horem ad penam peragendam
q adipiscatur vita eterna et q non
solum de bonis operibus et caritate factis
penitet sed et de omnibus gaudet q
primum ad detestandum peccatum et dispo-
situm ad. ‖ Sciendum tamen q ille q est
in caritate potest mereri vitam eternam
per opera bona ut procedunt a libero ar-
bitrio et sic de condigno quia inter
talia opera et vitam eternam nulla est
proporcio / licet congruum sit ut homini facienti
q in se est deus secundum suam bonitatem
recompenset. Sed ut procedunt ex
gratia spiritus sancti / sic per talia opera de condig-
no potest mereri vitam eternam. Valor
enim talium operum attenditur secundum virtutem
spiritus sancti ad vitam eternam moventis
et secundum dignitatem gratie que adoptat
in filium dei cui debetur hereditas ex
ipso iure / sic autem potest sibi mereri vitam
eternam / sic et augmentum gratie et hoc
merito condigno / Racio enim ~~motus~~
moventis non solum extendit ad terminum
motus sed et ad totum progressum in motu
Vita autem eterna est terminus mocionis
divine / augmentum autem gratie est progressus
De hiis habes vocabulo karitas in fine Item fi. q. 30 ar. 1

Misericordia

Dicitur compassio aliene miserie
in nostro corde cum voluntate subveniendi
Que ut nominat motum / motum appe-
titus sensitivum est passio / sed ut nominat
motum appetitus intellectivi est virtus / regu-
lat enim motum appetitus intellectivi
secundum rationem et per hunc motum appetitus
sensitivum quia fit quando ita decet misericordia
quia tamen sunt iusticiam. Et quia ad miseriam
pertinet aliis subvenire quia magis
competit superioribus / non miserendi potior
propria dei qui superior omnibus. Motivum
autem misericordie est malum / sed non miserendi
est defectus / Miseria autem dicitur contraria super
miseria alterius. Sed miseria autem
pertinet pati malum non voluntarie
et sic malum subsistit contra appetitum
naturalem est motivum misericordie. Sed autem sit
contra appetitum eterna est magis
motivum misericordie / sed si est contra totam voluntatem
ut cum aliquis semper sectatus est
bonum et semper eveniunt mala
tunc est maius motivum misericordie. Defectus
autem est motivum misericordie quia facit malum
alterius apprehendere ut suum vel secundum
unionem affectus per amorem / nam
amans reputat malum amici tamquam
suum vel secundum unionem realem /
ut cum aliquis apprehendit alienam
miseriam ut secum ipsi de proximo
possibilem / Unde debiles formidolosi
senes et sapientes sunt misericordes
qui considerat se mala posse
incurrere potentes vero et iracundi
et superbi sunt inmisericordes quia non
reputant se mala posse in-
currere et quia animos per audaciam desperant

Miraculum

Demones possunt facere miracula non vera sed fantastica quibus ludificantur sensus hominum ut habetur vocabulo illo. Ypocrite possunt et facere vera signa que videntur miracula et non sunt/ per causas naturales sunt/ licet occultas. Vera tamen miracula non possunt nisi virtute divina/ que in ministerio sunt ad confirmationem fidei possunt fieri a quolibet et malo veram fidem predicante secundum illud Mathei vij Domine in nomine tuo prophetavimus etc./ sed ut sunt ad demonstrationem sanctitatis alicuius quem deus vult in exemplum virtutis aliis proponere/ sic non possunt fieri nisi a sanctis vel in vita vel in morte

Missa

m Die dominico tenetur quilibet audire missam et totam usque ad finem et accipiat sacerdotis benedictionem/ ut dicitur de con. di. i. missas et capitulo sequenti dicitur/ quod qui die sollempni pretermisso ecclesie conventu ad spectacula vadit excommunicetur. Unde et quidam dicunt quod peccat mortaliter qui in hiis diebus missam contemptus non audiunt/ nisi forte legitimum excusetur vel impeditum. 2a 2e q. 160

In 2a 2e q. 160 ar. 1

Modestia

m Est virtus que moderatur ea que mediocriter se habent/ Temperantia vero cuius modestia pars est/ moderatur ea que difficilia sunt. Sunt autem quatuor

2a 2e q. 160 ar. 1

in quibus modestia est moderativa/ primum est motus animi in excellentiam quem moderatur per virtutem humilitatis 2m est desiderium eorum que pertinent ad cognitionem quod moderatur studiositas que opponitur curiositati. De hiis que vocabulo suis. 3m quod pertinet ad corporales motus et actiones s. ut decenter et honeste fiant tam in hiis que serio quam in hiis que ludo aguntur. De quo habes vocabulo ludus. 4m est quod pertinet ad exteriorem apparatum puta in vestibus et aliis huius de quo habes vocabulo Ornatus

Naufragium

Naufragis est nichil auferendum/ sed quod de naufragio inventum est sive raptum in litore vel in mari restituendum est et qui retinet peccat mortaliter nec excusatur aliqua consuetudine statuto vel precepto. Iste prelatus vel clericus reus irregularitatis deponendus est ~~vel prius~~ laycus si monitus non satisfacit excommunicandus est at potius ipso facto excommunicatus. Extra de raptoribus excommunicationi. Idem dico de rebus peregrinorum et hospitum mortuorum. Idem est de illis principibus qui a nautis transeuntibus per terras suas aliquid accipiunt. 2a 2e q. 66

Neglegencia

Neglegens dicitur qui nec